

nia modo speculari possumus. Sed ceteris prætermisissis, aliquas doctrinas, quibus parentes filios erudiant explanabo. Quantum ad primum exemplo sanctissimæ Virginis in verbis thematis admonetur omnes parentes ad suos filios habere rectum amoré, discretum timorem, & cautam providentiam. Primum tangitur cū dicitur. Pater tuus, & ego, mater scilicet, sunt. n. pater, mater, nomina amoris, quia Ioan. 10. Pater amat filium. Cum subiungitur, dolentes, tangitur secundum. Dolor enim ille ex timore venit. Tertium cum dicitur quærebamus te. Rectū amoré, quo ea, quæ verè bona sunt filiis procurent. Siquidem amare est alicui bonum velle. Rectè amat, qui alteri vult inesse vera bona. Stultè verò qui vult alteri bona apparentia, atq; vana. Et quia vt sepe audistis bona animæ sunt verè bona, bona autem corporis, & rerum, parua, & fugitiua, & non nunquā occasio perditionis. Consequens est q̄ verè parentes filios diligunt, quādo ea quæ animæ conferunt, quæ Deo iungunt, filios docent, & instruunt. Sic mater virgo egit filio, qui nulla directione indiguit, quoniam sapientia erat patris, sed nos quid imitaremur instruxit. Ecce referente euangelista, ibant Maria, & Ioseph. per singulos annos in Hierusalé, & ad diem festum puerū ducebant adhuc tenellum, per longa itineris spacia. Sed paucissimos vestrum video pueros, imo adolescentes secum ad verbi Dei auditionem adducentes. Videntur omnes viæ ludentium puerorum, & iuencularum plene. Nec attendetis tātò magis necessarium esse iuuenes bene erudire, quāto in iuuentute proniores sunt ad malum, secundum illud Gen. 8. Sensus hominum, & cogitatio humani cordis ab adolescentia prona sunt ad malum. Et quāto tenacius, q̄ iuuentus capit tenet, secundum illud poetæ. Quod noua testa capit inueterata sapit, & Prouerb. 22. Adolescens ibit à via sua, & cum senuerit, non recedet ab ea. Vos ergo, si filios amatis, rectè amate in lege Dei instruite, diu-

nis applicate, vt probent quoniam bonum est viro, cum portauerit iugum domini ab adolescentia. Thre. 3. Sic verè secundum apostoli verbum filios vestros diligetis, ad Tit. 2.

Habeant deniq; discretum timoré, ne .i. filio, aut filiæ noceat inimica potestas. Ob hunc timorem virgo mater cum patre Ioseph nimis doluerunt super puero, dum non inuenerunt in comitatu, timuerunt siquidem secundum gl. o. ne sicut Herodes filium infantem occidere quæsiuit, ita filius tuus Archelaus, qui iam mortuo patre regnabat in Iudæa, ipsum perimeret in pueritia. Nam & ascendentes de Aegypto mortuo Herode timuerunt ire in Iudæam ad commorandū, propter Archelam pro patre regnantem, vt testatur Matt. Sed quæ est nociuior potestas, quā anti qui illius Herodis idest diaboli, & omnium filiorum suorū diabolicas suggestiones sequentium? qui nedū corpori nocent, sed animæ, quam pertrahunt in Gehennam. Ab hac tyrannicam potestate semper timendum est parentibus ne filios inuoluat, & cauendum ne filij vltro se subdant. Hoc quomodo fieri possit, docet Salomon Prouer. 23. Noli inquit subtrahere à puero disciplinam Si perculseris eum virga non morietur tu virga percutes eum, & animam eius de inferno liberabis. Sed plerumq; hodie parentes dolere solent de corporali filiorum defectu, aut deformitate, nihil de moribus curantes, imo q̄ omnino detestabile est, si vident simplices pueros suos plus Dei seruitijs, quā mūdi vanitatibus inclinatos, hinc dolent, hinc causantur, hinc improbè eos arguunt, nomina Lolhardorum, Cartusicorum, & similibus irridendo opponunt. Esti fortè aliquis puerorum mundo renuncians Deo se deuouet, in conspectibus lachrymis dolent. Si verò procaces sunt omni virtute vacui sermone turpes, opere turpes, fornicarij, lufiores, ac ceteris virtijs implicati, mundo q; per omnia seruientes, hi diliguntur, hi fouentur, nec mirum, quoniam simile animal sibi simile diligit. Eccl. 13. Et

Discretum timorè patris habet, in filiis.